



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 56. Hæc censura a Bajo annotationibus illustrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

*Hæc censura a Bajo notis explicata.*

Bajan. seu  
Baij oper.  
t. 2. p 8.  
& seq.

§. XLVI.

*Hæc censura brevi in Belgio divulgabatur, eamque Baji hostes sibi transmitti rogantes, plura illius exempla spargebant: Baius vero ea perfecta notas adjecit, in quibus harum censurarum nonnullas approbabat, alias tanquam minus æquas redarguebat, animo proponens, quod illas ad quemdam Facultatis Doctorem remittere vellet: prius tamen quoddam exemplar a Facultate subscriptum obtainere fatagebat, eo fine, ut hanc censuram vere ab eadem fuisse latam certior foret: cum vero id, quod petebat, impetrare desperaret, suas annotationes ad Antonium Sabbonium Fratrum Minorum in Flandria Provinciale transmisit, eidem hæc significans: „diu hæsi suspensus, quid facerem, an omnino tacerem, „an breviter ostenderem in his censuris „nonnulla contineri manifestæ veritati „contraria. Ad tacendum me hortabatur tam antiquæ, tamque numerosæ „Facultatis veneratio, quam rebus in „Gallia turbatis ob nonnullos infirmos „illæsam servari cupiebam, ne forte hæretici nostro studio abuterentur ad persuadendum populo, quod etiam pro fide differens audienda non esset, si in harum*

„harum propositionum nonnullis palam  
 „errasse ostenderetur: deinde cum unius  
 „communionis simus, & ejusdem cor-  
 „poris membra, summopere cavendum  
 „judicabam, ne quisquam nostrum ab  
 „altero læderetur. Ceterum ad respon-  
 „dendum impellebat tum veritatis Ca-  
 „tholicæ, tum illorum Fratrum inju-  
 „ria, quos propter veritatem passim cum  
 „Ecclesiæ detrimento infamari sentie-  
 „bam prætextu harum censurarum, quas  
 „tamen non dubito aut suppositicias esse,  
 „aut certe per æmulos Sorbonæ Pari-  
 „siensis in quorumdam subversionem non  
 „satis bonis artibus ipsis insciis clam  
 „extortas. His igitur rationibus ad-  
 „ductus pauca quædam annotavi tam  
 „circa propositiones, quam circa cen-  
 „suras earumdem, quæ si tibi proba-  
 „buntur, vestra paternitas poterit eis  
 „legenda permettere, quibus judicabit  
 „sine cuiusquam injuria posse prodesse:  
 „sin vero minus, licebit exiguo chartæ  
 „detrimento suppressare.

### §. LVII.

*Censuræ Articuli a Bajo partim ap-  
probati, partim rejecti.*

**H**æ Baji annotationes in censuram *Baj. p. 10.*

Sorbonicam Anno Domini millesi-  
mo quingentesimo sexagesimo in publi-  
cam lucem prodierunt: cum vero alter-

Ss 4 catio-